

Memoria Manceliana

Cum, VIR

Reverendus admodum, Clarissimus & præcellens

DN. GEORGIUS MANCELIUS,

S. S. Theol. Licentiatus, Illustrissimo Celsissimoq; Principi, Dn. Dn. JACOBO, in Livoniâ, Curlandiæ & Sempalliæ Duci, Domino nostro clementissimo à concionibus & confessionibus, dignissimus, die 17. Martii

1654. placidè de functus.

Eiusdemq; Filius unicus

Humanissimus ac literalissimus juvenis

DN. ERNESTUS MANCELIUS,


Qui non ita pridem ex Academiâ Gissenâ in patriam reversus, & Pastor Satensis designatus, miserabili mortalitatis specimine d. 1. Maii, patrem carissimum secutus, vitam cum morte commutavit,

In uno sarcophago d. 21. Junii tumularentur,

Erecta

ANNO

ÆgrIs optata es ChrIste MeDeLa pIIs.



R I G Æ,

Typis SCHRŒDERIANIS.



Luctus mæstissimæ viduæ &
matris Mancelianæ.



Abripuit mors atra mihi gnatum atque ma-
ritum,
Memiseram! numquid major in orbe
dolor?

Dic, precor, haut taceas, transis quicumque viator,
Ullus sit nè dolor major in orbe meo?
Implevit siquidem mea pectora Iova dolore,
Submersitq; meum fluctibus ille caput.
Heu mihi! namq; mei periit pars altera cordis,
Orbam me fecit lux mea, vita mea.
Filius heu periit! dulcis sociusque jugalis,
Qui mihi semper erant lux mea, vita mea.
Sentio vix ubi sim, teneat quis me angulus orbis,
Memiseram! tristi quâ regione vager.
Nescio, num teneat miseram me Caucasus horrens,
Vel nemora heu scythiæ! consita senteloca?
Heu sortem fragilem, & fallacem fronte serena!
Heu inconstantis cuncta caduca soli!
Læta dies si adsit, mox aspera fata sequuntur,
Gaudia mox adsunt, mox lacrymosa dies.

Προσφώνησις *adeandem mæstissimam viduam
matrem.*

PLangere defunctos fas est, gnatum atque ma-
ritum

Abreptum, quis non plangere vellet homo ?

Sit modus in luctu : qui tristitia corda fatigant

Perpetuis lacrymis speq; fideq; carent.

Saucia sanabit siquidem tua pectora Iova,

Namq; suâ lædit, sanat & ipse manu.

Non perit gnatus dulcis, fociusque jugalis,

In cælo ast illis grata parata quies.

Illorum ducta est vita in pietate, luiq;

Finita in Christi vivicante fide.

Vivunt in cælis, adversæ ubi nulla flat aura

Sortis, nec mortis mentio, nulla crucis.

Tristibus hæc possunt, tristes expellere curas,

Et sanare queunt saucia corda piis.

O afflictâ ! Tibi sint hæc Solamina curæ,

Hæc oppone tuis perpetuis lacrimis.

Ad omnes & singulos funera hæc comitantes.

Quisquis es ah ! fragili discas valedicere mundo,
Appetere atq; tuum sic πολίτευμα, polum.

Crux ubi nulla piis, lachrimæ mæltæve querelæ,

Vel gemitus tristes, anxia corda, dolor.

Hæc

Hæc pia mens meditans, petit ipsa excedere mun-
do, &

Sedibus æthereis gaudia grata petit.
Interpone tuis, precor, hæc solamina curis,
Ne Te submergant tristia Fata nimis.

*Ad DEUM opt. max. omnis gratiæ & consolati-
onis fontem.*

Sancie pater, qui pro cunctis solamina mæstis
Sacro in thesauro plurima dives habes.
Aut hæc nostra juvent; facias, solamina mœstam,
Aut meliora illi suppeditare velis.

*Ex animo condolens
scripsit*

Paulus Einhorn / Curl. Su-
perintendens.



Occubuit Pastor Mancelius aulicus; iste
Qui patriæ fuerat gloria, delitium.
Nos puerilis amor, juvenilis, sicq; virilis
Junxerat, ut quondam, hoc carmine significo.
O pariter mecum socios conjungite luctus,
Quos docuit tanti vox operosa viri.
Non opus hîc fallax Romano Præficaritu
Laudet conducta & desleat ære, virum.

*Adfunt nam, verus quibus est dolor, haut quæ dolofus
 Qui pariter lacrumis ora genasque rigant.
 Tot suggesta DEI, Wallhof, Selburgica, terra
 Efflua, præceli Principis aula dolent.
 Huncmecum deflete diem, matate sepulcri
 Hospitium merito funeris officio;
 Ipse quiritanti fer alia carmina luctu
 Deque meis lacrumis humida ferta dabo.
 Quis gemitu haut Patrium, Gnati, duo funera fleret?
 Unius intumulo condita sarcophago.
 Cur DEUS omni-parens patriæ tot claudis ocellos?
 Cur? metuenda illi densa caligo sequax.
 O Regni miserere tui, Christoque parata
 Provida, docta tuis lumina redde pia!
 At tu, quem toties iussi deflere GEORGI
 MANCELI, Ernesto junctæ quiesce tuo.
 Æternum salve, salveque valeque GEORGI,
 Agricolæ et digna hinc Cælica ferta cape.*

Deproperabat gemebundus

Nicolaus Francé/Pastor & Præ-
positus Doblinensis.



Sic palmare decus nostrorum Theologorum
 MANCELIUM fatum flebile corripuit.
 Hinc

Hinc Pietas, Candor, Gravitas, Doctrina, Fidesq̄

Lugent: Dux, Civis, Nobilis, ara gemunt.

Terrestri terræ matri pars redditur almæ,

Luce animæ magnâ restituenda suæ.

Reddita pars melior cælo est, ita olympus olympo

Gaudet, telluri terræq̄; avara suæ.

Ultima lux socium socio, terram det olympo.

Sicq̄; MANET COELUM patria MAN-
CELIUM.

Aliud.

HActenus in patriæ vixit MANCELIUS aulâ
Cum Duce, Nobilibus, Civeq̄; terricola

Nunc cœlestis ovat cœlo novus additus hospes

Cum Duce, Nobilibus, Civeq̄; cœlicola,

Est Polus aula; DEUS, Dux; nobilis, Angelus; olim-

- Electus, Civis; Patria, regna DEI.

Sic vixit vivetq̄; ævum MANCELIUS: o quàm

Ritè MANET COELUM patria MAN-
CELIUM!

*Ultimo honori Manceliano mærens
fundebam*

M. Nicolaus **Hartenfeld** / Pastor Bausken-
burgensis ejusq̄; districtus Præpositus.

XX

Sic furibunda furit rabies Abadamanthea mortis,


Cum patre cum gnato, nominis ima rapit.

Nomi-

Nominis ima rapit, dum nomina Manceliana
His nobis terris post superesse negat.
Quid superesse neget, Manceli nominis ima
Mortis dira manus? sit procul! esto procul!
Nominis umbra sinat, cum corpore defunctorum,
Fama at Manceli non superesse nequit.
Fama Viri meritis Livo Tibi, Tibi Curo celebris,
Sive scholam, templum, vel vaga rura colis.
Et licet immundo cessent pia nomina mundo,
Scripta MANent COELO, cœlica scripta manent.

Debiti honoris & piæ συμπαθείας
ergò apponebat

Johannes Adolphi, verbi divini
minister Mitorvii.



PRoh dolor! Ah Fatum! dira jam morte pe-
remptus
Mancelius cecidit, Filius atq; Pater!
Ille, suo studio qui fecit, Lettica tandem,
Tam purè ut valeat, Lingua diferta loqui.
Theologiae quondam Crisis atq; medulla verenda,
Et Decus Eusebies, portio chara Chori.
Nec contenta satis Genitoris funere tristi,
Unicus & Gnatus tollitur Eximius!
Vos qui fidereos cursus & Lumina Cœli
Noftis; nigranti nubilat ora peplo

Sol,

Solvelcum splendore notho Latonia lucis
 Pallet, portentum dicitis Astrologi.
 Pandite quid nostris minitent hæc funera rebus
 Atq; omen quanti vultis id esse mali?
 Astrispicis partes mihi quamvis sumere nolo,
 Hic tamen excessus multa timenda docet.
 Non vobis Pater & Nate; ah vos Gaudia Cæli
 Vera manent, Letum jungit & associat,
 Omine terribili nostras percellere mentes
 Incipit, atq; malæ cladis adesse notas.
 At tu perpetua Mundum qui lege gubernas,
 Relligio videat tristia Damna tæve,
 Perge Deus nostris semper benedicere terris
 Et Templis multos suffice Mancelios!
 Sic facias vatem prædicere falsa, libenter
 Damnabo augurii fata maligna mei.

Honoris ac Condolentiæ ergo scripsit

Johannes Sebastianus Schmid, Witteberg:
 ad S. Annæ Mytovix Pastor.



Nonnè satis fuerat, Mors immanisissima, nonnè?
 Ex oculis rapuisse senem summè venerandum
 Aulæ postorem, benè dignum pluribus annis?
 Factô hoc, mærorem longè lateq; creasti:

B

Nam

10
Nam de quâ meruit vivens, Ecclesia mæret.
Sentit enim firmam, te destruxisse columnam.
Aula simul mæret meritò Curlandica tota,
Scilicet orba suo tanto Pastore fideli.
Mæret Dorpati nec non Academicus ordo,
Collegam quondam fidum abreptum sibi sentit.
Vab: Coniux - Mater miserè mæstissima mæret.
Ædes flaminie mærent: sacra mæret & Ædes.
Mærorum né satis, mors immanissima nonne?
Inter mærorem tantum tantumq; dolorem,
Unicus en Gnatus, Gnatus modo solus & unus,
Plantandæ patriæ claræ, spes unica stirpis,
Funditus (immane est:) & stirps evellitur isthæc!
At quid vicisti, mors dirè sic rapiendos?
Te victâ, iusti fulgebunt sideris instar;
Iustitiam multos cælestem qui docuerunt.
Iusti qui facti pretioso sanguine Christi,
Vivent æternum, leti inter iubila vivent.
O veniat tempus, veniat! Nos poscimus omnes.

Sympathiam Contestaturus
suam addebat

M. Hieronimus Fabris / Scholæ
Mitov. Rector.

Ad



Ad

PRINCIPEM NOSTRUM CLEMEN-
tissimum ob Aulæ suæ Pastorem piè in
DOMINO denatum.

Quid Tibi nunc animi, quæso, CELSISSIME
PRINCEPS,
Pastore eximiô prohdolor! *orbe Tuô!*
Num mentem tangunt veterum proverbialia? *Tandem*
Deficiet lignum, deficientq; viri!
Vir *Manceliadis* diis Virtutibus auctus
Auctus præclare; morte sed ecce cadit!
Ergo quid jam nunc sperandum? *deficientne*
Tandem Pastores, eximiiq; viri?
Parce Deus, PRINCEPS NOSTER, *satis ipse dolore est*
Pressus, redde Viros Religionè graves!

* * * * *
* * * *

Ein kurz Gespräch des S. Herrn Man-
celii mit seiner höchstbetrübeten
Liebsten.

Ah! Schiach! mein liebster Mann/wolt Ihr so von der Erden?
Ich und die umb Euch stehn die solln verlassen werden
Alhie im Thränen-Thal so ganz und gar allein?
Das möchte ja fürwar erbarmen einen Stein!

Laßt Euch / mein liebstes Hertz / doch halten unser schreyen
Vnd bleibet noch bey Vns / Ihr meinet es mit Treuen:
Die Welt ist falsch und böß / wer darff ihr wol vertraun?
Auff Gott steht unser Hertz / nach Euch wir einig schaun!

Der Seel. Herr.

Ach! was ist's daß Ihr schreyt / Ihr dürfft mich nicht **We**
weinen

So sehr wie ich nun hör / Gott führet so die Seinen
Auß dieser argen Welt / wie Ihr an mir ist seht
Nach seinem Weisheit / den keiner nicht versteht.

Ich leb' ist Freuden voll. Vor war Ich stehes in Nohten /
Nun kan mich keine Noht / kein Unfall mehr betreten

Bald kompt die Zeit herben / daß Ihr auch müßet forth

So schickt Euch nur dazu / daß Ihr trefft diesen Orth

Wo Ich in Freuden leb. Gott helff Euch klüglich Streiten

Vnd schick' der Engel Schaar die Euch hieher begleiten.

Ade gehabt Euch wol und stelle das Weinen ein


Ade es geh' Euch wol / es muß geschieden seyn!



Er mir für kurzer Zeit pflag guten Rath zu gebert
Wenn mir der Reidhard biß mein unverfälschetes Leben /
Ach der! der liebste Mann ist tod / der würdig war /
Daß Er gelebet hett auch mehr als hundert Jahr!
Ach! ach! was mach ich nun? Ich muß ist herblich Weinen
Für Dinten Wasser fleust / wie dürfft ichs doch vernemen.

Dem

Denn der ist nun dahin der mir ein Herzens-Freund
 Was mehr? Ein Vater war: O Tod du böser Feind!
 Doch stille dich du Bach der bitter-heissen-Thränen
 Du richteest nichts nicht auß / sey still ich will mich sehnen
 Nur auch nach meinem Gott. Denn was ist diese Welt?
 Nichts anders denn ein Daulf der nur auff's böse helt.
 Ist folg' ich diesem Mann / dein niemand gnug kan preisen
 Nach dem Verdienste / noch mag Ehre gnug beweisen;
 Bald folg ich nicht mehr nach / ein ander folget mir
 So geht es immerdar / O Mensch / so mir / so dir.
 Drum stirb doch für der Zeit / auff daß wenn du solt sterben
 Zur Zeit die Gott gefällt mögst Himmels-Freud' ererben!



GEORGIUS MANCELIUS

per *avazę*. triplex

Regi Agnus sum celi,
O Eli, cur genus magis?
Agis? cur? melius. nego.

Elaboratio

ut

Exultatio denati in cælis.

R *Egi sum cæli, ô ELI, nunc regius Agnus*
Cur? quod me cæli cœlicus Agnus amat.

B 3


Quid

Quid? *magis ac mundi immundi genus omne ma-*
lignum?

Immo. *Agis & vitam? sic ago nunc melius.*

Ergo Vale mundi immundi genus omne mali-
gnum,

Cur? me, non nego, jam cœlicus Agnus habet!



Ad

Viduam ob mariti & filii mortem
mæstissimam.

Ech fürchte/liebe Frau/solt ich zu Euch mich finden
Vnd Eur verwundtes Herz Eurh wollen auch verbinden
Mit Trost wie andre thun/ es möcht mir nicht ge-
lingen

Ihr würdet zweifels ohn mir diese Red vorbringen:
O Arge hilfft dir nur selbst! diß/fürcht ich/mocht ich hören
Drumb mein ich sey es Kafft/ ich mög mich nur weg kehren
Von Euch und schweigen still! doch sol ich noch was setzen
So Euch/so mir zum Trost/so wil ich hiemit legen:

Gott der uns hat betrübt/der wol uns auch erquickten/
Vnd lassen unsre Last des Creuzes uns nicht sticken.

Wir werden daß was wir dem lieben Gott gegeben
Hinwieder gwißlich sehn in jenem Freuden Leben/
(Ach soltes nur bald gesehen!) das ist was wir Gott frauen/
Da werden wir: uns recht als sämplich Gottlieb schauen.

*Sic affectum suum contestatur filialem
& paternum candidè*

Jeremias Wittenburgius, S. Myt. p. t. ConR.
Red-



Redde Virum Patriæ ! Non hæc tua præmia,
Mors, sunt.

Plebs, Decus, & Pietas, dicito: Redde Virum!

PRINCIPIS an Genius; vocis Cynosura Curonæ,

Delitiumq; Chori; sic cine dispereat?

Lettica sed Mundo conformans Sabbatha:
pulchrum est,

In statione mori; dixit & occubuit.

Immortalis erit tamen hîc per Sabbatha. Morti

Dictum est: æternæ redde Virum Patriæ.

Ita Beatos, plurimum Rever. olim Dn.

*Licentiat, Manes, Condolenti obser
vantia, prosequitur*

Iohann Salomon Betuli,
Norimbergensis.

F I N I S.

